

et occasionna, au rapport de Benoît, abbé de Péterburg (1), et de Mathieu Paris (2), la mort d'un grand nombre de personnes des deux sexes. Le roi d'Angleterre témoin, en quelque sorte, de cet accident, accorda des lettres de protection aux frères du pont et à leurs délégués, qu'il autorisa à faire des quêtes, pour leur œuvre, dans ses Etats (3).

Les papes Innocent III (4), Innocent IV et Ur-

(1) « Rex autem et Philippus rex Franciae venerunt ad Vizelia-cum... Deinde prædicti duo reges processerunt cum familiis suis inde. Et cum venissent ad Leonum supra Rhodanum et ipsi cum majori parte familiarum suarum pontem Rhodani præterissent, pons ille cecidit, non sine læsione virorum et mulierum. » (*Vita Henrici II Angliae regis*, sub ann. 1190, apud *D. Bouquet*, XVII, p. 500.)

(2) « Reges cum tota multitudine profecti venerunt Lugdunum ad Rhodanum, ubi cum ipsi et maxima pars exercitus sui pontem Rhondani pertransiissent, pons ille corruuit et multos utriusque sexus submersit. » (*Sub Richardo*, ann. 1190.)

(3) « R. Dei gratia rex Angliae, dux Normandiæ et Aquitaniæ, comes Andegavensis, dilectis suis archiepiscopis, etc.,. Sciatis pro certo nos in manu et protectione et defensione nostra fratres et nuntios de ponte qui est Lugduni constitutus præsentium latores suscepisse, etc. (*Ménestrier, Hist. consulaire*, preuves, p. xxxi.)

(4) 3 septembre 1209. — « Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis presentes litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem. Cum sicut dilecti filii preceptor et fratres pontis Rodani juxta Lugdunum nobis exponere curaverunt, nos omnibus Christi fidelibus, qui ad perfectionem operis pontis ejusdem jam diu pro transeuntium utilitate incepti manum porrexerint adjutricem, certam indulgentiam duxerimus per litteras concedendam, nonnulli vestrorum, quorum interesse debet propter opus hujusmodi tam plium et necessarium, ut dicta indulgentia per eorumdem preceptoris et fratrum nuntios in suis civitatibus et diocesibus Christi fidelibus exponatur, nisi semel in anno, id fieri non permittunt, in ejusdem operis non modicum